

De proprietatibus elementorum.

Embrio in prima sui creatione vivit vita: sicut in vite plante.

Pili decalvati non redeunt. folia arboribus: et plume avibus redeunt: quia caluitas earum est propter mutationem temporum. quorum reditus circularis est.

Poies non caluescunt: et non alia aialia. quia habent cerebrum valde humidum: et frigidum: alia non.

Pomo caluescit tantum in anteriori parte capitis. quia ibi est cerebrum multum humidum: et magis frigidum.

Non fluunt folia ab arboribus in quibus est humor pinguis.

In aliis animalibus color pilorum est secundum colorem cutis. in homine vero non. quia quidam homines habent corium valde album et pilos nigros. et causa huius est. quia cutis hominis est valde tenuis respectu aliorum animalium. et ideo non mutat materiam pilorum.

Animalia comedentia multos cibos: diuere sicut cantur in colore.

Multa animalia ex infirmitate vel alia causa: mutant colores suos.

Fam enim visus est coruus albus. et passer niger et albus. et vrsus albus.

Digestio fit ex calore.

Oculus preeminens non bene videt a remotis. sed oculus profundus bene videt remota quia eius motus non dividitur nec consumitur.

Animæ vel bonitas sensus dicitur duobus modis vel in sentiendo remote. vel in discernendo subtiliter differentias sensibiles.

Pisces cæcatus et odoratus: in homine debiliores sunt. quam in aliis quibusdam animalibus in sentiendo remote. in distinguendo vero differentias sensibiles: longe certiores: et fortiores sunt in eo: quam in aliis.

Somnus videtur esse medium inter vivere et non vivere.

Puderes plus delectantur in coitu quam cetera alicuius etate: et quanto plus assuescunt: tanto plus appetunt.

Coitus infrigidat.

Cerebrum est magis frigidum quam totum corpus.

Ex libro Aristotelis de proprietatibus elementorum.

Terra est frigida et secca. Aqua frigida et humida. Aer calidus et humidus. Ignis

calidus et siccus.

Terra est inferius elementum: Super terram aqua. super aquam aer. super aerem ignis.

Luna est inferius planetarum. supra lunam mercurius. supra mercurium Venus. supra venereum Sol. supra solem mars. supra martem Jupiter. supra iovem saturnus. supra saturnum orbis stellarum fixarum.

Nullum animalium aptum natum est ducere vitam in puro elemento.

Omne pingue supernatur propter dominium aeris quod est in ipso.

Anima infunditur corpori in iussu dei.

Corpora celestia motu suo generant calorem.

Corpora celestia non sunt apta nata facere sonum vel aliquid dixerunt.

Fluxus et refluxus maris sequitur motum lune.

Celi est elementum quintum. id est corpus quinte essentie differens ab essentia quatuor elementorum inferiorum.

Permutatio stellarum in diversis signis septimum clima est causa fertilitatis et sterilitatis annorum.

Permutatio lune fit in omnibus duobus diebus.

Permutatio veneris et mercurii in omnibus decem mensibus.

Permutatio solis fit in omni anno. Partis in duobus mensibus. Jovis in. xii. anni. Saturni in xxx. annis.

Stelle fixe permulantur in omnibus centum annis vno gradu.

Celi stellati revolutio debet esse in xxxvi. milibus annis.

Pris celestis nec generalis nec corruptibilis est: sed ipse est causa generationis et corruptionis istorum inferiorum.

Causa calefactionis aquarum est: quia ipsa currit super mineras sulfureas.

Ventus causatur ex vapore terre sicco.

Insectio aeris sepe contingit ex vapore venenoso draconum sicut contingit in montibus armenie tempore philippi regis grecorum.

Causa ardens vulcani montis est: quia aqua currit per mineras sulfureas ipsius rationabiliter aut aqua calefit. et fumat: et ignem emittit.

Ex libro proculi de causis

Omnis causa primaria plus inluit super alium causam quam causa secundaria.